

stophori Köllichen, abbatis Walckenridensis, rev. dom. Jacobi, abbatis de Caesarea, commissarii, factam a patre Christophoro Han) in abbatem Speciosae Vallis via compromissi admodum rev. pater Joannes Leonardus Meynhard ex praeposito quinquenni in Mergenthal. Pater Christophorus Han factus fuit pistrinarius, die autem 16. Octobris prior.

1636. emit rev. dom. abbas Leonardus a nobili Joanne Reinhardo de Berlichingen in Rossach 16. jugera pratorum bei den Scheyerlein et supra pro 300 fl. — Hoc anno aegritudine gravi maxime febrium ferme totus conventus contabuit* tandem et ipse rev. dom. abbas Leonardus, post 5 dierum cruciatus, 17. Octobris obiit, anno aetatis suae 42, praesentibus venerabili patre priore Christophoro s. unctio-nem tribuente, p. Petro, subpriore ejus confessario absolvente etc. — 28. Octobris, praeside rev. dom. Jacobo, abbate Caesareae, hujus loci visitatore ordinario, per plura legitima et majoris partis vota electus est denuo Speciosae Vallis abbas 44^{mus} admodum rev. pater Christophorus Han. Confirmatio abbatialis data vigore privilegii Innocentii VIII. ab ipso rev. visitatore** expedita in monasterio Lucidae Stellae.*** Benedictio abbatialis ex subdelegatione rev. dom. generalis Cisterciensis ipsi anno 1636¹. commissa ab eodem die 11 Novembris, s. Martino sacra, in templo nostri monasterii peracta fuit. Assistentes erant rev. pater Georgius Molitor, secretarius rev. Caesarensis, et noster pater Matthias. Interfuit etiam satrapa Crautheimensis† Erhardus a Muggenthal. — Pestis adhuc grassans plurimos tollebat monasterio subditos vix superstiti 3^{ia} parte. In Wim-

¹ 1626 die Sj. Schrbf.

Helvetia per nostrum monasterium rediere domum ad novam electionem abbatis ibidem celebrandam.

* Ueber diese Krankheit gibt ein Brief in dem Tagebuche des P. Magni Herbst von Salem aus dem Jahre 1637 näheren Aufschluß: — „febricitant enim aliqui non mediocriter, causam febris tempus esse putamus et peculiare caeteras influentias. Ut primum orti sunt dies caniculares multorum valetudo mutata, aliis catharrus nares implevit, alios febris conensit plurimos, qui extra et intra monasterium degunt saeculares *Κεφαλαλγία* sive (quem vulgo nominant) morbus Ungaricus exagitat, ita ut ille optime facere censendus sit, qui diligentem curam gerat et a recentibus prunis ac pomis quam abstinentissimus sit.“

** d. h. dem Ahte von Kaisersheim.

*** Nichtenfern, D.-M. Weinsberg. In Folge des Resolutions- edictes wurde im October 1634 Nichtenfern restituirt und unter den (vertriebenen) Aht von Walfenried im Bistum Salsburg gefesselt. S. Eichenhofer, Nichtenfern, 1867. S. 40. 41.

† Der Erzbißhoff. Mainzische Obervogt.

menthal ex 63. remanserunt soli 7. — 8 Decembris professionem fecit Georgius Heilig, dictus Bernardus, pro felici propaginis omine et primus, qui sub congregatione Superioris Germaniae [1624] in hoc loco in alba cuculla professus est.

Anno 1637. ingens annonae caritas et fames horribilis*, quae perstitit usque ad messem. 1 Matter Korn constiit 24 fl., 1 Matter Dinkel 10 et 12 fl., 1 Matter Haber 7 fl. — 8. Decembris professionem fecit Joannes Hartmann dictus frater Robertus.

Terror ingens hostis Bernardi de Weinmar Rhenum traicientis**.

1638. Lis ingens cum senatu in Hall incepta ratione sacelli et aedium nostrarum ibidem eo excrevit, ut patrem Bartholomaeum Kremer*** eo deputatum officialem privatim in sacello celebrantem, armata manu sub ipso sacro canone cessare, vestes sacras deponere, et exire compulerint, sacellum firmitus clauserint et abbati, ut eum avocaret ex civitate, sub comminatione corporalis violentiae scripserint. Remansit tamen a 23 Julii ibidem usque ad 14 Augusti, et ab illo tempore in aedibus nostris neminem, qui civis non esset, tolerare pro monasterii officario inceperunt. Inde processus, interventione eminentissimi archiepiscopi Moguntini, protectoris nostri, in aula caesarea obtenti et insinuatim primum anno 1642.

Hoc anno 1638. constructa sunt: die Ziegelhütten

* Ueber die Hungernoth von 1637 schreibt Thomas Carbe, welcher auch 1637 im Tauberggrund war: mense Martio tanta in Fuldensi abbatia fuit rerum omnium penuria, ut equis et canibus mortuis non abstineretur. Vergl. Hüberlin-Senkenberg N. teutsche Reichs-historie, Bd. 27. S. 272.

** Thomas Carbe berichtet in seinem Itinerarium 1637 in der unten folgenden Stelle von einem Cistercienserkloster, das Thennenbach, Ebenhausen, Maulbronn oder Schönthal sein könnte. Obgleich er unmittelbar darauf Heilbronn nennt, so scheint er doch Maulbronn bezeichnen zu wollen:

Cum octavo Februarii anno 1637 Silvam Nigram (Germanis Schwarzwaldt dictam) transiremus, delatus sum in monasterium ordinis Cisterciensis, in cujus templo vidi columnas utrimque duodecim vastissimae altitudinis ex uno saxo continuo excisas, vidi et bovinam pellem ex templi tholo pendulam, quae exuviae illius pecoris dicebantur, quod dictas columnas in eum locum olim adduxisset. Pellis haec, fateor, tantae erat latitudinis, quantam vix esse posse existimassem, nisi coram inspexissem. An vero vires bovis unius tanto ponderi trahendo suffecerint, penes eos, qui id asserunt, sit fides. Hinc profecti sumus septimo decimo Februarii ad Fontem Salutis, hoc est, Heilbrunn, quo in loco vidimus eminentissimum dominum electorem Moguntinum, principem Portugalliae, Marchionem de Grana, generalem Geleen.

*** Der Geschichtschreiber.